

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. III. Christi in cælum ascendentis potestas, per quindecim
prærogativas, & decora illius explicatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

446 De Christo Resurgente. Pars III. Caput XI.

Pf. 56. v. 6. commemorans. Ascendit Deus in jubilo, & Dominus in voce tuba. *Curus Dei decem milibus multiplex, milia letantur.* *v. 18. & 19.* *Domini ejus in Sinai in Sancto.* Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, acepisti doxa in hominibus. Isaías non sine admiratione interrogans, Quis est iste, inquit, qui *v. 1. & 2.* venit de Edom, tinctus vestibus de Bosrā, iste formosus in solā suā, gradiens in multitudine fortitudinis sue? Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? *Hunc ipsum* è bello reducem victorem *Psal-*
tes divinus prædicans, Deus meus, inquit, magnificatus es rebementer. Confessionem & decorum industius, amictu lumen sicut vestimento. Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorū. His vaticinis Paulus consideratis, Ascendens in altum, inquit, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quid autem ascendit quid est, nisi quia descendit primum in inferiores partes terrae? Qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes calos, ut Greg. hom. impleret omnia. Illuc enim revertetur, ubi jam erat, & in 29. in Evan. de redib. ubi remanebat: quia cùm per humanitatem ascenderet in celum, per divinitatem suam, & terram pariter continebat & celum. Quaeritur, inquit B. Leo, Christi ascendeſſio, nostra est proœctio, & quo præcessit gloria capitii, ed Dom. mibi spes volatur & corporis, dignis exultemus gaudii, & piatuarum actionem letemur. Sed hoc probē sciamus: Quod profundiū jam descenderimus, hoc deinde altius ascendemus.

§. II. Christi in celum ascendentis imagines & umbrae.

Imago Christi in celum ascendentis. **H** Ebraeus Hercules Samson ingressus Gazam urbem, mox Philistaeis insidiis cinctus est. At ille, quod Iudicum Annales memorant, Dormivit usque ad denitis fuit medium noctis: & inde consurgens apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis & serâ, impositâque humeris suis portavit ad verticem montis, qui resupit Hebron. Dominus Iesus, Samson verissimus, Iudaorum tribulum suorum perfidiâ in crucem actus, & in tumulo compositus dormivit ultra noctis medium. Denique portas æternitatis complexus in altissimos celi montes evanit. Hic ille noster Samson leonem ab inferis, sevum nimis, in viâ conseruit. Hic nostra libertatis vindex & assertor, myrram cum aromatibus mesquit moriendo, favum cum melle comedit resurgendo, vinum cum laete bibit ascendendo.

David. Postquam Regius Saulis cithareodus & armiger *i. Reg. c. 18.* David formidinem Hebrei agminis Goliathum deicit & obtruncavit, à Palestina Metropoli Hierusalem ceterisque civitatibus, ingenti plauſu & gratulatione, non sine symphoniam & festis choreis est receptus. Christus deictis hostibus, mundo, morte, diabolo, festivissimis plauſibus ab omni celo salutatus, in civitatem illam manentem, beatissimam, est introductus.

Hic idem David jam unopus rex, cùm adversus Amalecitas eruptionem moliretur, quadringentis solum viis stipatus, Ecce illi (quod fasti Regum affuerunt) *i. Reg. c. 30.* discubebant super faciem universa terra comedentes & bidentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cunctâ præda & spoliis que ceperant de terra Philistij, & de terra Iuda. Et percusit eos David à vespere usque ad vesperam alterius diei. Venit ergo David in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis, dicens: Accipite benedictionem de præda hostium Domini.

Iam hostes Christi velut re optimè gestâ, & amoto grandi adversario triumphabant. Sed ecce dum sibi met applaudunt stultissime, diemque festum agunt, Christus à funere redivivus è tumulo prodit, novâ suos lætitia perfundit, benedictionem & munera dicit, in celum triumphans reddit. Iam revera, quod *Aſcen. Dom.* beatus Leo dixit, infirmitas in virtute, mortalitas in immortalitatem, contumelia transiit in gloriam, quam Domi-

nus IESVS in multis manifestis documentis, multorum declaravit affectibus, donec triumphantem victorie, quem reportarât à mortuis, inferret & celis.

Iacob Ilacri filius Iosepho sibi nato sacerdotum Labanum conveniens, Dimittit me, inquit, ut revertar in patriam, & ad terram meam. Raphaël Angelus suo munere in Tobiae itinere perfunctus, Tempus qđ ergo, in Tiberias, inquit, ut revertar ad eum, qui me misit. Vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia ejus. Christus non uno sed pluribus filiis inter labores & dolores acquisitus, Et nunc, sit, rado ad eum, qui misit me. Exiit a Patre, & per Iacob in mundum; iterum relinquo mundum, & rado ad Patrem.

Hic ille magni confilii Angelus est, hic ille rex gentium, orbis dominator & triumphator. Qui, ut canit, Psaltes, in sole posuit tabernaculum suum; & ipse tamquam Iobsonus procedens de thalamo suo, exultavit ut gigas ad currēdiam viam; à summo calo egredens ejus, & occursus ejus usq; ad summum ejus, nec est quod se abscondat a calore ejus. Psalteria accinxit Ecclesia: Omnis pulchritudo Domini exaltata est super sidera, species ejus in nubibus celi, & nomen ejus in eternum permanet.

Iam loquitur unde quaque bellis, jam templo Salomonis perfecto, intulerunt arcam fæderis Domini in locum templi suum, in oraculum templi, in sanctum sanctorum subter alas Cherubim. Cruentum proflus prælium in monte Golgotha finitum est. Iam arca Domini, Humanitas Christi destinato loco, caelesti solio recipitur. Iam, inquit, B. Leo, natura humilitas in Christo super omnem celi militiam, supra omnes ordines Angelorum, & ultra omnium altitudinem Potesstatum ad Dei Patris est provecta confessione.

§. III. Christi in celum ascendentis potestas, per quindecim prærogativas, & decora illius explicatur.

C Hristus a suis abiturus, Vos autem, inquit, sedeti in civitate, quoaduscum induamini virtute ex alto. Et cōveniens præcepit in ab Hierosolymis ne disciderent, sed expeditum promissiōem Patris. Undicim autem discipuli, quod Matthæus afferit, abiérunt in Galileam, in montem ubi confitererat illis IESVS. Et videntes eum adoraverunt, quidam autem dubitaverunt. Et accedens IESVS locutus est ei dicenti: *Datus est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Omnis potestas eaquæ integerima, non restituta aut parçœ prefinita, sed absolutissima & perfectissima, quam natura & æternum habuit ut Deus, dono accepit ut homo; quâ quidem potestas auctoritate ac imperio non in corpora tantum, sed in animos etiam & spiritus dominetur. Huic potestatis rectius explicanda, *Prærogativas Domini IESVS* in decorâ quindecim divinissima alto pectori consideranda subjungo.

DOMINI IESV QVI-NDECIM PRÆROGATIVÆ AC DECORA.

I. Dominus IESVS naturalis Dei filius est, non extraneus, non adoptivus, uti nos. Et verè unigenita, Quen Deus, Paulo teste, constituit heredem universorum, per quem fecit & fecula. Cui Pater dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hic est imago Dei invisiibilis, primogenitus omnium creature, quoniam in ipso condita sunt universa in celo & in terra, visibilis & invisibilis, five throni, five dominitutis, five principatus, five potestates: omnia per ipsum, & in ipso condita sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso consistunt.

II. Mirificè conceptus, natus, adoratus, in Thaborate Patris voce, nivea veste, obumbrante nube, radiante facie, Mose ac Eliâ testibus declaratus: Hic est filius cuius deus meus dilectus, in quo mihi bene complacuit; ipsum audite. Vicinus jam morte dixerat Christus: Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de celo, dicens: Er clarificavi, & iterum clarificabo. Turba ergo que stabat & audierat, dicebat tomum trium effigie factum. Alii dicebant: Angelus ei locutus est. Respondit IESVS & dixit: Non propter me hac vox venit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi; nunc princeps hujus mundi qđ

De Christo Resurgente. Pars III. Caput XII.

447

di spicetur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia transsum, qui penetravit celos, excelsior celis factus.

III. Ob unionem naturae diuinæ cum humanâ omnem divinitatis gratiam sibi naturalem & congenitam habitan habet, portans omnia verbo virtutis sua a. Tot milium in celo Angelorum voce: Dignus est agnus, qui occidit & cuius est accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & da tibi fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem b.

IV. Scientiam habet infinitam, ita ut actu unico intuitivè, uti Theologorum scholæ loquuntur, & quidditativer per proprias species intelligat omnia scientia præterita, prætentia, futura tam naturalia, quam supernaturalia, eaque etiam que merè sunt possibilia. Tunc nam in Christo IESUS sunt omnes thesauri sapientia & scientia absconditi c.

V. Voluntatem habet ab omni labecula peccati immunitissimam, summis virtutibus decoratam, & que peccare non possit. Tali enim decebat ut nobis esset Pontificis habet sex, sanctus, innocens, impollitus, segregatus a peccatoribus, & excelsior celis factus d. Quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare; & per eum omnia reconciliare in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive que in terris, & in celis sunt e.

VI. Solus obsequia Deo digna præstvit. Vnde mediator Dei & hominum, homo Christus IESUS, qui dedit redēptionem semetipsum pro omnibus f. Huc omnes Prophetae obsequia perfibunt, remissionem accipere per nomen ejus Deo precor.

VII. Actiones & opera Christi tanti valoris ac pretiosi sunt, ut hic ipse homo possit contrahere ex justitia cum Deo. Verè sanctus sanctorum, & qui omnes sanctificat. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando Deus: Sede a dextris meis, quoadiuque ponam inimicos tuos scabelum pedum tuorum h?

VIII. Insuperabilita superavit mundum, mortem, & diabolum, & omnem diaboli exercitum, peccati consummatum vicit. Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix David i. ex Arce hinc promissum illud: Qui vicerit, dabo ei sedere in meum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre cum Deo, meo in throno ejus k.

X. Caput est omnium hominum & Angelorum. Attestantibus Petro & Paulo: Hic est omnium Dominus. Quem Pater constituit ad dexteram suam in caelis, supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & nomine, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subjecit sub pedibus ejus: & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quae est corpus ipsius m.

X. Sacerdos in aeternum, auctor Sacramentorum, homini & conditor Ecclesie. Ipse est caput corporis Ecclesie, qui est Angelorum. Principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus, ipse primatum tenens n. Proclamat Psaltes: Iuravit Dominus, in diebus eius, & non penitebit eum: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech o. Alii quidem sine jurejurando facti sunt sacerdotes, hic autem cum jurejurando, in tantum melioris aeternum, sunt sacerdotes; idcirco quod mortis prohiberentur permanere: auctor factus hic autem eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacramentum, unde & salvare in perpetuum potest accedens per eum ipsum ad Deum: semper vivens ad interpellandum pro nobis p.

XI. Princeps, Gubernator, Iudex totius orbis. Ipse est, inquit Petrus, qui constitutus est a Deo judex vivorum & mortuorum q. Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium. Qui non honorificat filium, non honorificat Parrem qui misit illum r. f.

XII. Instrumentali omnipotentiæ prædictus est. Quia in ipso f, ait Paulus, inhabitat omnis plenitudo divinitatis.

A tatis corporaliter, & ejus in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. In eo enim quod omnia subjecit ei, Iacob. c. 2. vers. 8.

XIII. Idiomata diuina participat. Nam sicut alti sanguinis filius se Comitem, se Principe aut Regem scribit, a parente Comite aut Principe, aut Regis; ita Christo homini ut vero Dei filio, Patris divini nomina convenient. Christus verè immortalis, immutabilis, immensus, altissimus, iustissimus, misericordissimus, patientissimus, benignissimus, dexterissimus, liberalissimus, sanctissimus, omnipotens, aeternus. Mille tales tituli non exhaustant dignitatem Christi. De quod homo, Filio Dei Iohannes, hic est, inquit, verus Deus, & vita terrena ad dexteram. Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium terrena pateretur secundum eum. Dei, vitam non habet.

XIV. Ipsa Christi humanitas ad ratur latraria cultu quo scilicet Deus asicitur. Hunc enim hominem quoniam scilicet Deus exaltavit & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine IESUS omne genu fleatur, calcatur, terratur & inferatur, & omnis lingua conficitur, quia Dominus IESUS Christus in gloria est Dei Patris u. Hoc honoris Filio hominis a Deo delatu clarissime vaticinatus Daniel, Et dedit ei potestatem, inquit, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & lingue ipsi servient: potestas ejus, potestas eterna, que non auferetur, & regnum ejus quod non corrumpetur x.

XV. Objetum beatitudinis secundarium est. Primarium namque Deus corporis expers, alterum ab illo est Christus humano corpore sed immortalis vestitus. Hec est vita aeterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti, IESVM Christum y. In concilio Hebreorum plenissimo consensu vociferatur Petrus: Hic est Iesus, qui quis reprobatus est a vobis ad dicantibus, qui factus est in caput anguli. Et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud seq. men est sub eadē darum hominibus, in quo nos oporteat salvos fieri z. Ergo attollite portas principes vestras, & elevamini portas aetales, & introibit Rex gloria. Quis est iste Rex gloria? Dominus fortis & potens, Dominus potens in pectore*. Christus IESUS, qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creature: quoniam in ipso condita sunt universa in celis & in terra, visibilia & invisibilia, sive Thronos, sive Dominationes, & ipse Princeps, sive Potestates: omnia per ipsum, & in ipso vers. 3. creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant t. z. act. c. 4.

Atque haec quindecim Christi decora, suo, putem, loco inserta, inter delicias humanae gentis iurementis & pectissimo numeranda sunt. Sed progredimur.

¶. IV. Quomodo, quibus praesentibus, ex quo loco Christus in celum ascenderit.

S Vum in celos redditum ab anastasi sua distulit Servator ipsos quadraginta dies, quibus & præbuit Auctor. c. 1. seipsum virum post passionem suam in multis argumentis, per v. 3. c. 4. dies quadraginta apparenz eis, & convescens, & loquens de regno Dei. Hoc temporis spatio Christus suorum fidem firmare ac stabilire instituit. Hinc illud est, ut divus Leo ser. 2. de Leo fent, quid post Resurrectionem suam Dominus Maria Ascensionis. Magdalena personam Ecclesie gerenti, cum ad contactum ip. pag. 307. suis properaret accedere, dicit: Noli me tangere, nondum Iacob. c. 10. enim ascendi ad Patrem meum, hoc est, nolo ut ad me venias. Ad sublimiora te differo, majora tibi preparo: cum ad Patrem ascendero, tunc me perfectius veriusque palpabis, apprehensura quod non tangis, & creditura quod non cernis.

Non igitur illi dies, qui inter Resurrectionem Domini A. Id est. de scensionemque fluxerunt, otioso transiere decursum, sed magna Ascensionis. Nam per omne illud tempus providentia divina hoc curavit, hoc docuit, hoc surorum oculis insinuavit & cordibus, Ut Dominus IESUS verè cognosceret resurrectus, qui verè erat natus, & passus, & mortuus: ut non dubium file, sed constanter.

P p 2 tissima